# Ornate Eloquendi

18

## Incipit secũdus tractatus huius libri

Ars latinizandi quã nonnulli florem rhetorice appellant

Cum iuxta Ciceronis ſententiã nihil laudabilius nihil preſtã
tius eloquẽtia reperiatur. que hominẽ acceptum in hoc mundo
et amabilem coraz ſingulis principib; atq; oculatis hominib;
reddit. Etiã in ambone hominẽ deo gratum facit. ꝛ poſt hanc vitam
hominẽ quo ad famã immortalẽ reddit. Quapropter huic a maiorib;
noſtris in tota dignitate eſt ꝑncipatus datus. vt inquit Tullius libro
officioꝝ caplo de eloquentia. Hanc aũt nemo adiſci poterit ſine cogni
tione coloꝝ. qui a colo ꝛ a ſignificatione ſumũtur. Oportet q̃z rhetorẽ
ſcire exclamationes in laudem ꝛ vituperiũ. in indignationẽ ꝛ admira
tionẽ iuxta orõnis qualitatẽ. Quoniã autẽ omnis oratio poetica ſim
pliciter intelligitur de laude vel vituperio. Quapropter in iſto modo
eloquendi ponam diuerſos colores ꝛ diuerſas exclamatões. ſine quib;
homo perfecte loqui nõ poſſet. Et tales colores ꝛ exclamationes ꝓba
bo primo exemplis familiarib;. vt quiuis faciliter intelligere poterit.
Deinde exemplis oſtendã diuerſoꝝ oratoꝝ ac poetaꝝ. Et quia trã
ſumptio multiplex eſt. ideo eius diuiſionẽ ponam. quoniã per diuiſio-
nem res ſcitur in ſua potentia. Omnis terminus rhetorice ꝓferendus
aut tranſſumit a loco aut a ſignificato. Exempla patebunt. Notan
dum q̃ triplex eſt color qui ſumitur a loco. ſcz Tranſgreſſio Traiectio
et Peruerſio. Et ideo nuncupant a loco. quia eſt localis diſtantia iter
ſuppoſitum ꝛ appoſituz. adiectiuum ꝛ ſubſtantiuũ. prepoſitionẽ ꝛ ſuũ
caſuale. Exempla patebũt. Tranſgreſſio eſt ſeparatio ſuppoſiti a
ſuo appoſito dcõne vel orõne interpoſita. Exemplũ de ſimplici dcõne.
Imperator dulciter loquitur. Exemplũ de orõne. Imperator motus
precib; pie reſpondit. Aliud exemplũ. Rector vniuerſitatꝭ multis ca-
ſtigationib; ac diuerſis medijs a ſcolarib; hoc nephas ꝓſcrutatus eſt.
Rector manignificus hui⁹ gymnaſij vna cum conſilio omnib; ſuppoſi
tis arma prohibuit: Aliud exemplũ. Sereniſſimus dux bohemie (vt
fertur) omnes ſuos ſubditos ad catholicam fidem coegit. Exemplũ
Virgilij. Maximus illi oneus placito ſibi pectore cepit. O regina no
uam cui condere iupiter vrbem. Iuſticiamq; dedit gentes frenare ſup
bas. Troes te miſeri ventis maria omnia vecti. Oramus prohibe ne
phandos nauib; ignes. Parce pio generi ꝓpius res aſpice noſtras. Nõ
nos aut ferre libicos populare penates Venimus. Exemplũ The-
rentij. Forma impulſa iſti nos amatores colunt. hec vbi immutata eſt
illum ſuũ animũ alio cõferunt in ꝓſpectum. interea aliq̃d nobis eſt. de
ſerte viuimus. Unde Ouidi⁹ in ꝑmo metamorphoſeos. In noua fert
animus mutatas dicere formas Corpora dij ceptis nã vos mutaſtis
et illas Aſpirate meis. ꝑmaq; ab origine mundi Ad mea perpetuũ de
ducite tpa carmen. Vñ venerabilis Boetius in ꝑmo libro de conſola
tu philoſophico ſic inquit. Mors hominũ felix que ſe non dulcib; an-
nis Inſerit. ꝛ meſtis ſepe vocata venit. Et iterũ Virgili⁹ in Eneidos

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-87/0035
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG